A tque animus ſtudio amotus puerilī eſt
M eus ubi amare ualide coepi hic
M eretricem ꝟ illico exulatum ad illam iam abibat pr̄is
L eno importunus domin᷒ eı̄ mulieris.
V i ſumma quicqꝫ poterat rapiebat domum
O biurgare pater hęc noctes & dieſ
P erfidiam iniuſtitiam lenonum expromere
L acerari ualide ſuam rem illiuſ augerier
S ummo hęc clamore interdum mussat loqui
A briuere negitare adeo me natum ſuum
C onclamitare tota urbe & predicare
O mnes tenerent nutu tanti credere
A morem multos illexit in diſpendium
I ntemperantem non modeſtum iniurium
T rahere exurire me qđ quirem ad ſe domum
R atione peſſuma eaq; ipſus optuma
O mnesqꝫ mores inuenisse per ſeris
M ores uidi funditari ac dicdere
C onuitium tot me annos iam ſi paſceret
Q uod niſi luderet ne luberet uiuere
S e ſe extemplo ex ephebis poſtq̃ exceſſerit
N on ut ego amori neque deſidię in otio
O peram dediſſe neque poteſtam ſibi
F uiſſe. adeo arcte cohibitum eſſe á patre
M ulto opere immundo ruſticos exercitum
N eque niſi quinto anno quoqꝫ poſſe tum uiſere
V rbem. atque extemplo inde ut ſpectauiſſ& pp̄lm
R us rurſum confeſtim exigi ſolitum á pr̄e
I bi multo primum ſe familiarium
L aborauiſſe cum hęc pater ſibi dicer&
T ibi aras tibi occaſſis tibi ſeris tibi eidē̂ metis
T ibi denique iſte pariet lętitiam obeſ
P oſtq̃ receſſit uita patrio corpore
A grum ſe uendidiſſe atque ea pecunia
N auim metretas quę trecentas toller&
P araſſe atque eā ſemp̄ ciſ uectatam undique

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%20157v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%20157v)